

- 14 tur Archiepiscopo; ut mandet restitui.
- 15 Clerici non tenentur ad solutionem onerum impositorum pro Physico, Chirurgo, & Ludimagistro.
- 16 Clerici non tenentur ad onera, nisi ea sint certa, realia, & invariabilia: quas alias gabellas, & impositiones solvere debeant, vel non, ad n. 28.
- 19 Sex requiruntur ut licite eas Clerici solvant: ad que alia tenentur, & an eos comprehendant edicta laicalia, opusque sit ad compulsionem preceptoris episcopalis, ad n. 63.
- 64 Sint necne exempti ab hospitandi onere, in bonis patrimonialibus; hospitalio in monasteriis: que in eis reponi possint: quid secus contingens: quo alia onera subire teneantur, ad n. 83.
- 84 Novae additiones ex aliena manu, ad n. 91.

**C**lerici confugiens ad ecclesiam gaudent immunitate ecclesiastica; Sacra Congregatio Immunitatis in Romana 17. Januarii 1682. lib. 1. decret. Pauluc. pag. 79. Clericus percussor alterius Clerici confugiens ad ecclesiam gaudere debet immunitate; eadem Sacra Congregatio in Sulmonen. 9. Octobris 1685. lib. 2. decr. Pauluc. pag. 136. Etiam Regularis captus in loco immuni pro delicto non excepto in Bulla Gregor. XIV. gaudere debet immunitate ecclesiastica; eadem Sacra Congregatio in Fulginatens. 9. Martii 1639. lib. 1. dec. Paul. pag. 116. Immo regularis Sacerdos de ordine Prioris Conventus, & Commissarii cause criminalis, extractus ab ecclesia Conventus, restituentur est, & injungitur Archiepiscopo, ut mandet restitui; eadem Sacra Congregatio in Neapolitana 11. Octobris 1692. lib. decretal. Grimald. pag. 209. Clerici non tenentur ad solutionem onerum impositorum pro physico, chirurgo, & ludimagistro; Sacra Congregatio Episcoporum, & Regular. in Laurentiana Pennen. dicitur 2. Augusti 1619. & Sacr. Congreg. Immun. in una nullus S. Laurent. in campo 14. Februarii 1628. lib. 1. decret. Paul. pag. 84. Clerici non tenentur ad onera, nisi ea sint certa, realia, & invariabilia; Sacra Congregatio Immunit. in Camerin. 17. Januarii 1626. lib. 1. decr. Paul. pag. 80. Clerici gaudent exemptione pro bonis patrimonialibus in totum, & etiam pro acquisitis, & donatis; eadem Sacr. Congregat. in Campanien. 4. Septembris 1674. l. 1. decr. Altov. pag. 992. Clerici ex solo caractere clericali gaudent exemptione ab impositionibus, collectis, & aliis oneribus; eadem Sacra Congregatio in Fanen. 23. Junii 1647. lib. 4. decr. Pauluc. pag. 19. Etiam si sint in minoribus, nec habeant requisita Concilii; cum Concilium Tridentinum non habentibus dictas qualitates non adimat nisi privilegium fori; eadem Sac. Cong. in Firmana 10. Septembris 1629. lib. 2. decr. Pauluc. pag. 5. in Assisien. 29. Jun. 1629.

Quas contributiones Clerici in sacris, aut minoribus ordinibus, beneficium ecclesiasticum habentes, effugere non possunt, est late prenotatum (1); & non invenitur ratio, cur character clericale ad assequendam earum impositionum exemptionem sufficiens consideretur, quia praeter hanc qualitem, ut beneficium ecclesiasticum habeant, requiritur; adeo ut, quamvis fori gaudeant privilegio, ad hasce exemptiones character solum clericale non suffragatur (2).

Qui requisitis a sacro Concilio Tridentino praescriptis inveniuntur ornati, quamquam fori privilegio in criminalibus gaudent, cum non sint exempti a dictis impositionibus (3), multo minus exemptione a tributis perfruuntur, similes qualitates haud obtinentes.

Tales Clerici, adimpleta etate, a sacris canonibus determinata, si in sui promotionem ad sacros ordines negligentes fuerint, praevius a Rever. Episcopo factis advertentibus, transactoque ab ipsomet erga illorum promotionem termino assignato, eodem statu permanentes, minime aliquando a publicis impositionibus exemptione debent gaudere (4).

- (1) Vide verb. Bona per tot.
- (2) Vide Idem.
- (3) Vide proxim.
- (4) Concord. 1737. art. 9. Siendo la mente del santo Concilio de Trento, que los que reciben la primera tonsura rengan vocacion al estado ecclesiastico, y que los Obispos despues de un maduro examen la den a aquellos solamente de quienes probablemente esperan que entren en el orden clerical, con el fin de servir a la Iglesia, y de encaminarse a las ordenes mayores; S. S. en orden a los Clerigos que no fueren Beneficiados, y a los que no

tienen Capellanía ó Beneficios que excedan la tercera parte de la congrua tasada por el Sinodo para el patrimonio ecclesiastico, los quales habiendo cumplido la edad que los sagrados Canones han dispuesto, si no fueren promovidos por su culpa ó negligencia a los ordenes sacros, considera, que los Obispos, precediendo las advertencias necesarias, los señalan para pasar a los ordenes mayores un término fijo que no exceda de un año, y que si pasado este tiempo no fueren promovidos por culpa ó negligencia de los mismos interesados, que en tal caso no gocen de exención alguna de los impuestos públicos.

lib. 2. decr. Pauluc. pag. 141. & 10. Maji 1633. lib. 2. decr. Pauluc. pag. 155. & 3. Octobris 1634. lib. 2. decr. Pauluc. pagin. 203. in Aprutina 6. Martii 1635. lib. 2. decr. Pauluc. pag. 218. in Fanen. 13. Aug. 1647. lib. 4. decr. Pauluc. pag. 23. Etiam si in susceptione ordinis protestati fuerint nolle eximi ab oneribus laicalibus; eadem Sacr. Congreg. in Aprutina 10. Septembris 1652. lib. 4. decr. Pauluc. pag. 197. Etiam si sint Clerici solum primae tonsurae, sunt exempti ab impositionibus laicalibus; eadem Sacra Congregatio in una montis regalis 10. Augusti 1638. lib. 3. decr. Pauluc. pag. 69. in una montis Alti 10. Novembris 1638. lib. 3. decr. Pauluc. pag. 77. in Mutinen. 23. Augusti 1650. lib. 4. decr. Pauluc. pag. 116. Etiam si ipsi Clerici habentes solum primam tonsuram, habitum, vel tonsuram non deferant, nisi tertio moniti, contumaces extiterint; eadem Congregatio in Aquilana 5. Martii 1641. lib. 5. decr. Pauluc. pag. 138. Fagnan. in cap. Pervenit 2. de immunit. eccles. num. 14. & 15.

Clerici gaudent exemptione pro bonis patrimonialibus in impositione sibi tangente, Sacr. Congr. Immunitat. in Astens. 10. Maji 1633. l. 2. decr. Pauluc. pag. 156. in Novarien. 23. Augusti 1633. lib. 2. decr. Pauluc. pag. 196. Clerici non tenentur ad gabellas, quando per se ipsos absque sui officii detrimentum arti sericæ operam dant cum foliis arborum in propriis bonis existentium; eadem Congr. in Neocastr. 8. Jun. 1637. lib. 3. decr. Pauluc. pag. 34. Clerici in minoribus constituti viventes simul cum eorum patribus, non tenentur ad collectas, & alia onera pro bonis sibi donatis, nisi donationes sint fraudulentæ, & ut tales per Judicem ecclesiasticum declaratae; eadem Sacra Congregat. in Hieracen. 4. Julii 1645. lib. 3. decr. Paul. pag. 244. Clerici in minoribus etiam non se promovere faciunt ad ordines sacros, gaudent exemptione ab impositionibus. 3. Ead. Congregat. in una civitatis Penna 21. Martii 1656. lib. 3. decr. Pauluc. pag. 273. Clerici sunt exempti a gabellis laicalibus etiam pro portione colonica; eadem Congregat. in Ortunen. 24. Julii 1634. lib. 2. decr. Paul. pag. 196. Clerici non tenentur ad gabellam impositam pro extractione olei recollecti in suis bonis patrimonialibus, & beneficiis; eadem Congreg. in Lycien. 24. Julii 1634. lib. 2. decr. Pauluc. pag. 196. Clerici cives romani possidentes bona in territorio civitatis Malleani, non tenentur ad solutionem gabellæ extractionis vigore statuti laicalis debita pro fractibus ex iisdem bonis recollectis, Romam convehendis pro eorum usu; eadem Congr. in Sabinen. 8. Aprilis 1687. lib. decr. Martel. pag. 80. Clerici cum non tenentur ad impositionem capitacionis ex bonis, & redditibus patris, cujus impensis vivit; ead. Congr. in Aquilana 4. Septembris 1640. decr. Paul. pag. 127. Cleri-

Quamvis multoties sit preventum, Clericos cum beneficio ecclesiastico qualificados, tributorum omnino habere exemptionem; tamen etiam est propositum quod, si aliquæ fuerint impositæ, quæ in commune bonum dirigant, ab eis immunes non considerari, contribuereque ut laici teneri, dummodo bona vulgo proprios del Concejo non subveniant (a): ideo extraneum erit asserere simultaneum Episcopi, & Cleri assensum praerquiri, ut licite solvant; nec excusantur a contributione, propterea quod sufficientes facultates laicorum reputentur ad impensas, ut proponit Auctor, quæ necessario, dicta utilitate communi intercedente, sunt faciendæ.

Erga casus, in quibus tenentur Clerici contribuere, exactio, ut supra adnotatur, exequenda venit; cum grano vero salis hæc doctrina suscipienda: est super hoc cum summa distinctione procedendum; si enim agitur de collectis præcipue, & impositionibus, quæ in commune bonum diriguntur, & similes exactio nem per pignoris captionem competentes judicantur (3); cum de gabellis tractatur, quas propter negotiationem debent solvere ecclesiastici, eodem modo fiet per seculares exactio (4); si vero sit sermo de tributis, ad quæ obligantur propter possessiones, quas manus mortuæ post ann. 1737. adquisitas habent, recursum facere debent Administratores eorum ad Episcopum, ut constitutos in mora solvere compellant; si post triduum compulsio hæc effectum non sit sortita, vel quod idem est, non solverint: Judices seculares intra triduum sequentium spatium dierum, per se possunt eam efficere in bonis contributioni affectis, manentibus semper salvis ecclesiasticorum personis (4).

Clerici non gaudent privilegiis patrimonii ecclesiastici pro bonis ad suscipiendos ordines sacros eis assignatis, donec non fuerint in sacris ordinibus constituti; si vero dicta bona fuerint translata in possessionem eorumdem Clericorum sine fraude, de qua Episcopus diligenter cognoscere debet, & gaudent, ut cetera bona à Clericis acquisita etiam ante susceptionem ordinum sacrorum; eadem Sacr. Congr. in Castellan. 20. Martii 1662. lib. decr. Rocch. pag. 391. in Campan. 4. Septembris 1674. lib. 1. decr. Altov. pag. 992. in Piedemontana 22. Novembris 1692. decr. Vallem. pag. 4.

Clerici, & ecclesiastici sunt exempti a tributis impositis causa belli, pestis, & hujusmodi, nisi concurrant requisita; cap. Non minus 4. & cap. Adversus 7. de Immunit. eccles. Sacr. Congr. Immunitat. in una Polonia 3. Januarii. lib. 1. decr. Pauluc. pag. 78. & sæpe alibi pro consimilibus contributionibus, ut pro novis muris civitatis ædificandis, in Jan. 16. April. 1630. decr. Paul. pag. 36. Pro refectioe argertur, in Mut. 19. Decembris 1634. lib. 2. decr. Pauluc. pag. 212. in nullius Guartalle 8. Aprilis 1636. lib. 3. decr. Pauluc. pag. 2. in Perusina 3. Jun. 1690. lib. decr. Marcell. pag. 616. Pro excavatione alveorum, & fovearum, in Assisien. 18. Februar. 1621. lib. 2. decr. Paul. pag. 95. & Augusti 1650. lib. 4. decr. Pauluc. pag. 115. in Mutinen. 13. Jul. 1637. lib. 2. decr. Pauluc. pag. 37. Pro refectioe pontium, in Mutinen. 19. decr. Pauluc. pag. 212. Pro reparatione fluminum, in Lucana 28. Jun. 1681. lib. 2. decr. Altov. pag. 2145. & in ead. 22. Januar. 1692. lib. decr. Grimald. pag. 78. Pro introducenda aqua in civitatem, & in Isolana 17. Jul. 1685. Pro excavatione faciendæ canalis, in Ferrarisen. 4. Januar. 1632. lib. 2. decr. Pauluc. pag. 112. Pro defensione arcium Africae ad formam indulti san. mem. Clement. X. sub die 17. Jul. 1671. In una regni Siciliae 21. Novembris 1690. lib. decr. Marcell. pag. 688. Ex dicto autem cap. Non minus 4. cap. Adversus 7. de immunit. eccles. ut Clerici licite solvant collectas, & impositiones laicorum sex requiruntur. Primo requiritur ut Episcopus simul & Clerus super hoc deliberent, & consentiant, ut patet ex litera in dict. cap. Non minus, ibi: Episcopus, & Clerus. Unde hoc non potest Episcopus sine Clero, nec Clerus sine Episcopo; cum copula Et in textu posita requirit concursum utriusque copulati; leg. Si quis ita stipulatus, & ibi Bart. ff. de oblig. verb. (Vide lit. A. pag. 128. ante num. 12. col. 1.) & clarissime habetur ex verbis dict. cap. Adversus, ibi: Episcopus simul cum Clericis. Quo fit, ut nec cum capitulo Episcopus id possit, quia in tangentibus totum Clerum, non sufficit, quod Episcopus habeat consensum sui capituli, sed requiritur, quod interveniat consensus Cleri, ut colligi-

Quamvis multoties sit preventum, Clericos cum beneficio ecclesiastico qualificados, tributorum omnino habere exemptionem; tamen etiam est propositum quod, si aliquæ fuerint impositæ, quæ in commune bonum dirigant, ab eis immunes non considerari, contribuereque ut laici teneri, dummodo bona vulgo proprios del Concejo non subveniant (a): ideo extraneum erit asserere simultaneum Episcopi, & Cleri assensum praerquiri, ut licite solvant; nec excusantur a contributione, propterea quod sufficientes facultates laicorum reputentur ad impensas, ut proponit Auctor, quæ necessario, dicta utilitate communi intercedente, sunt faciendæ.

Erga casus, in quibus tenentur Clerici contribuere, exactio, ut supra adnotatur, exequenda venit; cum grano vero salis hæc doctrina suscipienda: est super hoc cum summa distinctione procedendum; si enim agitur de collectis præcipue, & impositionibus, quæ in commune bonum diriguntur, & similes exactio nem per pignoris captionem competentes judicantur (3); cum de gabellis tractatur, quas propter negotiationem debent solvere ecclesiastici, eodem modo fiet per seculares exactio (4); si vero sit sermo de tributis, ad quæ obligantur propter possessiones, quas manus mortuæ post ann. 1737. adquisitas habent, recursum facere debent Administratores eorum ad Episcopum, ut constitutos in mora solvere compellant; si post triduum compulsio hæc effectum non sit sortita, vel quod idem est, non solverint: Judices seculares intra triduum sequentium spatium dierum, per se possunt eam efficere in bonis contributioni affectis, manentibus semper salvis ecclesiasticorum personis (4).

- (1) Vide verb. Bona.
- (2) Vide Idem.
- (3) Vide Idem.
- (4) Reg. Sched. 29. Jun. ann. 1760. cap. 3. num. 2. ibi: Y por los Administradores, ó sus dependientes en los administrados a pedir los apremios contra todos los morosos ante los Jueces diocesanos, ó sus Delegados, Num. 3. Si pasados tres dias no se hubiesen despachado

los apremios, ó si despachados no hubiesen sido efectivos, dentro de otros tres procederán las Justicias en pueblos encabezados, y los Superintendentes, Subdelegados, ó Comisionados en los administrados; dexando salvas las personas, y puestos ecclesiasticos á hacer por si efectiva la cobranza en los bienes y efectos sujetos á la contribucion. Vide Bull. Sancti Benedicti. XIV. sub verbo Bona.

tur ex Clement. 1. & 2. de consubst. & tenet Abbas in dict. cap. Non minus num. 5. & ibid. Fagnan. num. 24. Secundo requiritur, ut evidens utilitas, vel necessitas subsit, ut declarant verba textus, & in dict. cap. Non minus, ibi: tantam necessitatem, & utilitatem perspexerint. Et hæc necessitas, vel utilitas quanta esse debeat ad hoc, ut Clerici licite solvant collectam pro subsidio laicorum, spectat ad Episcopum, & Clerum judicere, ut colligitur ex ipsis verbis utriusque textus: Aspexerint, prospexerint, & tenet Gloss. in dict. cap. Non minus verb. Tantam necessitatem, & ibid. Fagnan. n. 25.

Tertio requiritur, ut hujusmodi necessitas, vel utilitas sit communis, scilicet, tam laicorum, quam Clericorum; ut patet ex verbis iisdem in utroque capite, ibi: Ad relevandas communes utilitates, vel necessitates. Et sic solide tenent Abbas in dict. cap. Non minus n. 18. Fagnan. ibid. numer. 18. & alii passim. Quarto requiritur, ut ad relevandas communes utilitates, vel necessitates, non sufficiant solæ facultates laicorum, textu expresso in utroque dict. cap. ibi: Ubi laicorum non suppetunt facultates. Quinto requiritur, ut contributo ab Episcopis fiat sponte, & sine aliqua exactioe, vel compulsionem, ut clare ex his verbis, dict. cap. Non minus, ibi: Absque ulla exactioe, & clarius ex verbis, dict. cap. Adversus, ibi: Absque ulla coactione. Semper enim exactio pecuniarum ab ecclesiasticis in similibus casibus est faciendæ a Ministro deputando ab Episcopo, & signanter 22. April. 1697. & in Florentina 19. Augusti 1698. lib. 2. decr. Vallem. pag. 169. & in una Montis Politiani 17. Novembris 1696. lib. 2. decr. Vallem. pag. 258. Immo sæpius injungitur Episcopo, ut non permittat laicos exigere per seipsos contributiones ab ecclesiasticis causa belli, & exactas restituere faciat; eadem Sacra Congregatio in Aqueo. 6. Decembris 1692. lib. 1. decr. Vallem. pag. 8. in Casalen. 13. Decembris 1692. lib. 1. decr. Vallem. pag. 10. ibid. 16. Mart. 1684. lib. 1. decr. Vallem. pag. 110. Sexto requiritur, ut Romanus Pontifex prius consulatur textu expresso in dict. cap. Adversus, ibi: Propter imprudentiam tamen quorundam Romanus Pontifex prius consulatur, cujus interest communibus utilitatibus providere. Et hæc est opinio vera, & observata in constitutionibus ecclesiasticorum, cum semper requiratur beneplacitum apostolicum; Sacra Congreg. Immunit. in Mutinen. 10. Mart. 1643. lib. 3. decr. Pauluc. pag. 197. Etiam quando contribuntur pro rata commodi particularis, & privati; Sacr. Congreg. in Firman. 13. Jul. 1633. lib. 3. decr. Pauluc. pag. 37. in Mutinen. 19. Novembris 1647. lib. 4. decr. Pauluc. pag. 3.

Clerici non tenentur custodias facere occasione sus-

pi-

Quamvis multoties sit preventum, Clericos cum beneficio ecclesiastico qualificados, tributorum omnino habere exemptionem; tamen etiam est propositum quod, si aliquæ fuerint impositæ, quæ in commune bonum dirigant, ab eis immunes non considerari, contribuereque ut laici teneri, dummodo bona vulgo proprios del Concejo non subveniant (a): ideo extraneum erit asserere simultaneum Episcopi, & Cleri assensum praerquiri, ut licite solvant; nec excusantur a contributione, propterea quod sufficientes facultates laicorum reputentur ad impensas, ut proponit Auctor, quæ necessario, dicta utilitate communi intercedente, sunt faciendæ.

Erga casus, in quibus tenentur Clerici contribuere, exactio, ut supra adnotatur, exequenda venit; cum grano vero salis hæc doctrina suscipienda: est super hoc cum summa distinctione procedendum; si enim agitur de collectis præcipue, & impositionibus, quæ in commune bonum diriguntur, & similes exactio nem per pignoris captionem competentes judicantur (3); cum de gabellis tractatur, quas propter negotiationem debent solvere ecclesiastici, eodem modo fiet per seculares exactio (4); si vero sit sermo de tributis, ad quæ obligantur propter possessiones, quas manus mortuæ post ann. 1737. adquisitas habent, recursum facere debent Administratores eorum ad Episcopum, ut constitutos in mora solvere compellant; si post triduum compulsio hæc effectum non sit sortita, vel quod idem est, non solverint: Judices seculares intra triduum sequentium spatium dierum, per se possunt eam efficere in bonis contributioni affectis, manentibus semper salvis ecclesiasticorum personis (4).



picionis Turcarum, nisi concurrente præcisa necessitate; Sacr. Congreg. Immunit. in *Tranen.* Janu. 1633. lib. 2. decret. Pauluc. pag. 140. Nec tenentur ad onus unius ligni pro qualibet sarcina ob servitium arcis; ead. Sacr. Congreg. in *Perusin.* 9. Octobr. 1640. lib. 3. decret. Pauluc. pag. 132. Ne ligantur bannimentis Magistratus secularis de petenda licentia accedendi ad proprias vineas tempore vindemiarum, & ideo non tenentur petere præfatam licentiam, & quando bannimenta ista sint necessaria pro publica utilitate, & necessitate, Episcopus potest providere mediante suo edicto; ead. Congr. in *Florodivien.* 31. Maii 1659. lib. 4. decret. Pauluc. pag. 92. Clerici, & ecclesiastici, non sunt subiecti oneribus & talliis ordinariis, impositis ad favorem Principis, nisi juxta decisionem in *Brundusina*, & *Albanen. Gabelle.* Nec tenentur ad consignationem frumenti, & aliorum fructuum faciendam Principi laico; ead. Sacr. Congr. in *Casalen.* 18. Augusti 1637. lib. 3. decret. Pauluc. pag. 70. Etiam hoc declaraverat Sacr. Congr. Episcoporum, & Regular. in *Ferrarien.* 19. Jun. 1592. quod semper Clerici non tenentur denuntiare sua frumenta, vel bladus, Judici laico, sed Episcopo, qui notam dabit secularibus, absque eo tamen quod graventur Clerici. Unde tempore penurie, ut dicitur, *le rasselgne*, frumentorum, & bladurum ecclesiasticorum faciendæ sunt per ecclesiasticos curie episcopalis, & ab Episcopo arbitrandæ est quantitas, qua indiget unusquisque ecclesiasticus; frumentum vero, & bladæ asserventur in loco ipsi Episcopo benevolis, & sub custodia deputati ab ipso Episcopo; & ut dicitur *si spiani* in furno ecclesiasticorum, si quem habent; Sacr. Congr. Immunit. in *una civitatis Castellæ* 4. Janu. 1630. lib. 2. decret. Pauluc. pag. 25. Quod tamen intelligendum de his tantum provinciis ubi hic mos viget. Unde prodit rescriptum, quod contra edictum Senatûs super notificatione frumentorum, & visitatione horreorum comprehensivum ecclesiasticorum, ut læsivum immunitatis, libertatis, & jurisdictionis ecclesiasticæ, Episcopi tueantur ecclesiasticos, & desuper dantur literæ circulares; ead. Congr. in *Papien.* 19. Octobr. 1675. lib. 1. decret. Altov. pag. 1159. Sic perquisitio frumentorum in locis immunibus est prorsus prohibita laicis; ead. Congr. in *Flor.* 13. Decemb. 1648. lib. 4. decret. Pauluc. pag. 66. Et ideo dantur literæ circulares Episcopis status ecclesiastici pro perquisitione frumenti in locis immunibus, ad effectum faciendi ejus assignationem ministris Abundantiæ, solum competenti pretio; ead. Congr. 20. Aug. 1678. lib. 2. decret. Altov. pag. 1630.

47 Non est permittendum, ecclesiasticos comprehendendi in prohibitione laicorum vendendi, & emendi frumenta, sed urgente necessitate potest Ordinarius peculiari suo edicto ecclesiasticis prohibere; ead. Congr. in *Ragusina* 10. Jun. 1636. lib. 3. decret. Pauluc. pag. 7. dummodo tamen id libitum sit Principibus. In venditione frumenti, bladurum, & similium, Clerici, & ecclesiastici non tenentur servare taxam, & alias ordinationes editas à potestate laica; sed Episcopus sua ordinatione constituit eandem taxam pretii justam, & contra transgressores procedat; ead. Congr. in *Milvitiâna* 21. Marti. 1646. lib. 3. decret. Pauluc. pag. 276. in *Bovinien.* 17. Maii 1695. lib. 1. decret. Vallem. pag. 189. Episcopus potest in casu necessitatis proprio edicto statuere pretium frumenti ecclesiasticorum, eosque cogere ad venditionem; servata tamen pro usu, & sustentatione ipsorum æqua, & proportionata quantitate; eadem Congr. in *Casal.* 12. Februar. 1695. lib. 1. decret. Vallem. pag. 17. licet id magis ad laicam quam ad ecclesiasticam potestatem spectare videatur. Immo injungitur Episcopo, ut currenti anno, attenta gravissima penuria, præfigat proprio edicto justum pretium frumento ecclesiasticorum, & obliget

auctoritate Sacr. Congregationis ecclesiasticos tam seculares, quam regulares ad venditionem frumenti, reservata tamen pro usu, & sustentatione eorum ea quantitate, quæ æqua, & proportionata omnibus consideratis ab eodem Episcopo reputata fuerit; ead. Sacr. Congr. in *Neocastren.* 1. Decembris 1696. lib. 2. decret. Vallem. pag. 61. Quatenus Episcopus judicet talem esse penuriam frumenti, ut sit expediens prohibere ecclesiasticis extractionem, eam sibi expressè proprio edicto, nulla facta mentione vel habita relatione ad edictum laicale; ead. Sacr. Congr. in *Neocastren.* 9. Augusti. 1693. lib. 1. decret. Vallem. pag. 66. Mandatur Episcopis, & Archiepiscopis regni, ut attenta penuria vendant eorum frumenta, & respective vendere faciant à propriis ecclesiasticis, pro pretio tamen per eosdem cum emptoribus concordato, & quatenus non concordent, vendant pro pretio judicato arbitrio illius cujus interest; eadem Sacra Congr. in *Neapol.* 10. Novembris 1646. lib. 4. decret. Pauluc. pag. 63. Nuntio Neapolis scribitur non esse extendendam facultatem extrahendi frumenta, ita ut etiam cum deputatione personæ ecclesiasticæ minime liceat Commissario regni extrahere frumenta recondita in locis immunibus, etiam si fortassis empta contra formam pragmaticæ; ead. Sacr. Congr. in *Neapol.* 28. Sept. 1694. lib. 1. decret. Vallem. pag. 149. Gubernator non potest cogere ecclesiasticos ad asportandum in horrea publica partem suorum frumentorum; eadem Sacr. Congr. in *Auximana* 10. Decemb. 1647. lib. 4. decret. Pauluc. pag. 35.

55 Clerici, & ecclesiastici non possunt cogi ire ad molendinum domini temporalis, seu communitatis, sed possunt ire ad alia sibi benevolis; Sacr. Congr. Immunit. in *Neviten.* 1. Septembris 1643. lib. 3. decret. Pauluc. pag. 208. Prohibitio communitatis eundi ad alia molendina, quam ad molendina ipsius communitatis, non comprehendit molendina Episcoporum, ecclesiarum, & ecclesiasticorum; tam intra, quam extra communitatis territorium existentia, & communitas est cogenda ad declarationem non comprehensionis eorum; ead. Sacr. Congr. in *Firmana* 19. Novembris 1630. lib. 2. decret. Pauluc. pag. 65. Ecclesiasticorum molendina non comprehenduntur sub bannis Gubernatoris, qui debet facere declarationem de non comprehensione eorum; ead. Sacr. Congr. in *Besina* 8. Aprilis 1631. lib. 2. decret. Pauluc. pag. 47. Ecclesiasticorum molendina, ac molentes in ipsis molendinis, non comprehenduntur sub prohibitione laicorum solvendi gabellam, ut dicitur *della pesta*; ead. Sacr. Congr. in *Maceraten.* 19. Jan. 1638. lib. 3. decret. Pauluc. pag. 52. Repugnat immunitati, & libertati ecclesiasticæ exactio oneris moliuræ in molendinis ecclesiasticorum, & equitum Sancti Mauritii; nec non publicatio ordinis prohibitivi eundi ad dicta molendina; eadem Sacr. Congr. in *Taurinen.* 11. Septembris 1634. lib. 2. decret. Pauluc. pag. 202. Edicta laicalia prohibentia ire ad certa molendina; afficere nequeunt ecclesiasticos; eadem Sacr. Congr. in *Maceraten.* 4. Junii 1672. lib. 1. decret. Altov. pag. 694. Edicta curiæ laicalis prohibentia laicis molere olivas in molendinis ecclesiasticorum, revocari debent; eadem Sacr. Congr. in *una nullius Marubii* 16. Septembris 1687. lib. decret. Martell. pag. 157.

Edictum penale Baronis prohibens suis subditis, ne utantur molendino Monachorum Cisterciensium, eadem tamen revocari meretur; eadem Sacra Congregatio in *Anglonen.* 2. Novembris 1693. lib. 1. decret. Vallem. pag. 87. Clerici, & ecclesiastici sunt exempti ab impositione moliuræ, quod intellige de his ubi viget hoc privilegium; eadem Sacr. Congr. in *Iserniem.* 18. Martii 1631. lib. 2. decret. Pauluc. pag. 99.

Clerici, & Ecclesiastici sunt omnino exempti ab onere

1 Taxæ (dum sunt determinatæ) aliæque ordinationes à potestate laica provenientes circa triticum, hordei, aliteriusve materiam speciei tam laicos, quam ecclesiasticos comprehendunt, & obligant (r.)

(1) Lex 1. tit. 25. lib. 5. ibi: Ninguna persona eclesiastica, ni secular, de qualquier estado, condicon y dignidad que sea, no pueda vender, ni vender en todos

estos reynos el pan de ningun genero que sea, sino de justos y moderados precios. Vide verb. Bannitus.

re hospitandi milites; ead. Sacr. Congr. in *Papien.* 10. Septembris 1629. lib. 2. decret. Pauluc. pag. 6. Etiam in bonis patrimonialibus pro sua portione, & virili; eadem Sacr. Congregatio in *Dertbon.* 1629. lib. 2. decret. Pauluc. pag. 18. in *Aquilana* 16. April. 1630. lib. 3. decret. Pauluc. pag. 35. Episcopus non permittat hospitalitatem eorum militarium in atrijs, & corilibus monasteriorum monialium; eadem Sacr. Congregatio in *Astens.* 5. Decembris 1696. lib. 2. decret. Vallem. pag. 61. Ministri publici civitatis, qui volenter fecerunt reponi solum in claustris regularium, sunt reprehensione digni, & incidunt in gravem culpam. Officiales, ac milites prævia reintegracione ecclesiæ, & consensu partis, absolventur ob violentam hospitalitatem in domo canonicali; ead. Sacr. Congr. in *Augustana Pademont.* 9. Apr. 1693. lib. 1. decret. Vallem. pag. 181. Clerici, & Ecclesiastici sunt immunes à gabella chartæ sigillatæ, seu bullatæ. (Si species ab Auctore num. 68. proposita de papyro sigillato subintelligitur vulgo *papel sellado*, juri erit consonum, ea uti debere semper quod in judicio, aut extra, eadem opus fuerit, nam tunc juxta taxam cuilibet chartæ signatam solutio est faciendâ, & in comprobationem præcedentis asserti recognoscantur lex 45. usque ad 48. Auct. Acord. 24. tit. 25. lib. 4. Recop. Cast. ejusd. Auct. 5. tit. 2. lib. 3. lex 18. tit. 23. lib. 8. Recop. Indiar. Vid. addit. hisp. verb. Cancellaria, & verb. Notarius.)

69 Eadem Sacra Congregatio in *Florentina* 19. Martii 1647. lib. 3. decret. Pauluc. pag. 7. Clerici, & Ecclesiastici non tenentur ad expensas novæ mensurationis bonorum, quæ fit ad instantiam communitatis; eadem Sacr. Congr. in *Bertinoren.* 10. Maii 1639. lib. 3. decret. Pauluc. pag. 89. Clerici, & Ecclesiastici sunt exempti à collectis pro portione bonorum ad eos spectantium, non pro portione matris, fratrum, & sororum, ac conjunctorum, nisi isti vivant cum ipsis ecclesiasticis, & expensis eorumdem ecclesiasticorum; ead. Sacr. Congr. in *Albanen.* 14. Augusti. 1634. lib. 3. decret. Pauluc. pag. 197. in *Aprutina* 9. Martii 1635. lib. 2. decret. Pauluc. pag. 218. in *Auximana* 25. Jun. 1650. lib. 4. decret. Pauluc. pag. 94. Ecclesiastici ementes bona cum pacto solvendi onera, non tenentur ad onera personalia, sed tantum ad onera realia, quæ sint certa, & invariabilia, & ante venditionem imposita; eadem Sacr. Congr. in *Taurinen.* 26. Marti. 1629. lib. 1. decret. Pauluc. pag. 132. Clerici, & ecclesiastici non tenentur ad solutionem oneris nuncupati *il Tasso della Ciudadella*; ead. Sacr. Congr. in *Casalen.* 23. Aprilis 1634. lib. 2. decret. Pauluc. pag. 138.

72 Clerici, & ecclesiastici sunt taliter exempti à gabellis laicalibus, ut nec etiam sponte possint illas solvere sine Beneficentia apostolice; ead. Sacr. Congr. in *Placent. Provinc. Compostellane* 31. Maii 1639. lib. 3. decret. Pauluc. pag. 93. Unde sponte solventes impositiones laicales, absolventur à censuris; eadem Sacra Congregatio in *Sulmonen.* 10. Septembris 1639. lib. 3. decret. Pauluc. pag. 102. Ecclesiastici vendentes, & ementes vinum, non tenentur ad gabellam desuper impositam; ead. Sacr. Congr. in *Neviten.* 21. Novembris 1651. lib. 4. decret. Pauluc. pag. 167. Hinc ecclesiastici possunt libere vendere triticum, & vinum in suis prædiis collectum juxta privilegia sacrorum canonum, & declarationes Sacræ Congregationis; ead. Sacr. Congr. in *Lucana* 30. Jul. 1692. lib. 2. decret. Grimald. pag. 192. Insuper Clerici, & ecclesiastici possunt vinum recollectum in propriis bonis vendere etiam minutatim in suis domibus, absque eo quod teneantur ad gabellam vulgo dictam *della foglietta*, & cognitio fraudum, quæ desuper fieri possunt, spectat ad Judicem ecclesiasticum; eadem Sacr. Congr. in *Spoletana* 25. Septembris 1627. lib. 1. decret. Pauluc. pag. 67. in *Theatina* 15. Marti. 1661. lib. 2. decret. Rocci pag. 323. in *Favennina* 25. Janu. 1677. lib. 2. decret. Altov. pag. 1338. in *Auximana* 2. April. 1680. lib. 2. decret. Altov. pag. 1654. Quinimmo ne dum non tenentur ad gabellam pro vino minutatim vendito, sed & pignus desuper factum est in restituendum; eadem Sacra Congr. in *Callien.* 1. April. 1704. lib. 2. decret. Ferrar. Biniol. Tom. II.

Vallem. pag. 568. Edictum, vulgo *Crida*, jussu duci 78 N. facta, præcipiens describi omnes personas sui status, non comprehendit ecclesiasticos, nec personas exemptas; ead. Sacr. Congr. in *Casalen.* 9. Maii 1695. lib. 2. decret. Martell. pag. 607. Archiepiscopus prohibeat Clericis sua diocesis sub comminatione censuratum, ut non præant mandatis Judicis laici de exhibenda nota propriorum nominum, patriæ, qualitatis, & valoris Beneficiorum, atque de tempore, quo illa possident; ead. Sacr. Congr. in *Mediol.* 19. Jul. 1624. Ex regesto scripturarum veterum pag. 29.

Edictum Gubernatoris Mediolani circa omnes censualitas nequit afficere loca pia; ead. Sacr. Congr. in *Cremone.* 13. Jul. 1691. lib. 2. decret. Martell. pag. 748. Edictum regium quoad taxas impositas causa monetæ novæ, non afficit ecclesiasticos; ead. Sacr. Congr. 1. April. 1695. lib. 1. decret. Vallem. pag. 180. Ad instantiam tamen Regis Catholici Sacr. Congr. ex placito Sanctissimi concedit approbationem donativi extraordinarii ecclesiasticorum in regno Sicilia, dummodo erogetur in causa monetæ novæ; ead. Sacr. Congr. in *una regni Sicilia, seu Panormitana* 16. Septembris 1698. lib. 2. decret. Vallem. pag. 176. Vide alia verb. Bona ecclesiastica, quoad eorum immunitatem, art. 2. per tot.

Non incongrua hic est questio illa, an Clerici obligentur statutis laicorum, quorum materia Clericis æque ac secularibus communis est, neque privilegiis ipsorum Clericorum repugnat. Affirmant communiter Doctores. Vide inter alios Suar. *de legib. cap. 33. n. 13.* Soll. *de immun. p. 2. n. 278.* idque quia uniformis talium statutorum observatio necessaria omnino est ad republicæ pacem, tranquillitatem, & incolomitatem conservandam.

Tria vero ad plenam hujus questionis discussionem examinanda sunt. *Primum est*, unde oriatur obligatio Clericorum quoad observationem dictorum statutorum? *Alterum est*, an Clerici à potestate civili adigi possint ad servanda dicta statuta? *Tertium*, illudque magis momenti, quænam statuta sint illa, quorum materia est communis tum Clericis, tum laicis, neque Clericorum privilegiis repugnat.

Quod attinet ad primum, Soll. *ubi supra*: *Eos obligari* (inquit) *ex æquitate, seu ratione naturalis, seu potius vi juris canonici Clericis hanc obligationem imperantibus.* Quoad vero secundum, non à potestate civili, sed à potestate ecclesiastica adigendi sunt Clerici ad dicta statuta servanda. Quinimmo non tenentur Judex ecclesiasticus Clerico transgressori imponere poenam à dictis statutis inflictam; Covarr. *pract. quest. cap. 33. in fin.* Sperell. *deois. 123. à n. 6. ad plur. sequent.* Quod demum concernit tertium, difficile est regulam generalem tradere, qua tuto affirmari possit statuta, de quibus controversia est, esse de his, quorum materia non minus Clericis, quam secularibus sit communis, & privilegiis hanc repugnet Clericorum. In partem de ipsis agendum. Plura id genus statuta ad examen revocat Zypæus de *jurisd. dict. lib. 2. fer. per tot.* omnino ubi res postulat consulendum, illud non silentio prætereundum, quod id quod tradit de dictis statutis, locum tamen sibi vindicat quoad consuetudinem, quæ pariter versetur circa materiam communem Clericis, & laicis, & non repugnet privilegiis laicorum; Zypæus de *jurisd. dict. lib. 2. c. 3. per totum.*

CLERICUS QUOAD ORDINES; vide verb. Ordo.

ARTICULUS VIII.

Clericus, quoad obedientiam, & subjectionem Episcopi.

SUMMARIUM.

1 Clerici non possunt cogi ab Episcopo ad præstantum aliquod servitium non expressum in jure.  
2 Per hoc fuit aliis responsum, Episcopum Burgi S. Donni potuisse quidem invitare, sed non committere Clericos sua civitatis, ut interessent litantibus Beatissime Virginis, que in Sabaudi decantari jusserat in sua cathedrali ecclesia.



3. Et aliis responsum est, Clericos non habentes officium, neque beneficium ecclesiasticum cogi non posse ab Episcopo ad publicas processiones accedere.

4. Sic etiam simplices Sacerdotes non habentes officium, neque beneficium in ecclesia cathedrali non possunt per Episcopum cogi ad idem, & canonicis inserendum in functionibus ecclesiasticis, seu munere Diaconi, & Subdiaconi in missis cantatis, non obstante exiguo numero Canonicorum.

5. Sola enim potestate ordinaria Episcopus hoc præcipere, & statuere nequit, nec minus multis presbyteros simplices non de gremio capituli, si non inseruiant, gravare.

6. Nisi adesset contraria consuetudo.

7. Vel nisi ageretur de Clericis pro necessitate, & utilitate cathedralis ad titulum patrimonii ordinatis.

8. Et dato quod ob parvum numerum Canonicorum, & deficientiam mansionariorum, servitium ecclesie cathedralis detrimentum pateretur, tunc erit recurrendum ad Sacram Congregationem Concilii, quæ solet indulgere, ut possint cogi presbyteri, qui habent beneficia, vel capellanias in cathedrali, ad inserendum missis sollempnibus pro Diacono, & subdiacono, assignata illis aliqua emolumentorum portione.

9. De se enim, & sola sua facultate ordinaria nequit Episcopus compellere Clericos, & Sacerdotes habentes beneficia, personalem residentiam non requirunt, & tanto minus Clericos non Beneficiatos, ut ecclesie cathedrali inseruiant, neque pro solis diebus festis.

10. Simples Sacerdotes non possunt compelli ad interessendum, & assistendum functionibus ecclesiasticis in cathedrali.

11. Quæ alia facere tenentur Clerici, & ab Episcopo possunt compelli, ad n. 32.

33. Novæ Addit. ex aliena manu inseruntur, ad n. 34.

35. Supplementa Auctoris usque in finem articuli rubricantur.

Clerici non possunt cogi ab Episcopo ad præstandum aliquod servitium non expressum in Jure, cap. Quia cognovimus 6. caus. 10. quest. 3. Et pro hoc facit aliud responsum, Episcopum Burgi S. Donnini potuisse quidem invitare, sed non compellere Clericos suæ civitatis, ut interesset litaniis Beatisimæ Virginis, quas in sabbato decantari jussit in sua cathedrali ecclesia. Et aliis responsum est, Clericos non habentes officium, vel beneficium ecclesiasticum, cogi non posse ab Episcopo ad publicas processiones accedere; sic referunt, & tenet Fagnan. in cap. Conquerente 16. de offic. Ordin. num. 8. Barbosa verb. Processio num. 5. in Collect. apost. decis. ubi refert Sac. Congr. Conc. 9. Maii 1597. expresse decrevisse, quod processionibus publicis interesse non sunt compellendi ab Episcopo Sacerdotes nullo officium, aut beneficium ecclesiasticum in civitate, vel diocesi obtinentes. Sic etiam simpliciter Sacerdotes non habentes officium, neque beneficium in ecclesia cathedrali, non possunt per Episcopum cogi ad idem, & Canonicis inserendum in functionibus ecclesiasticis, seu munere Diaconi, vel Subdiaconi in missis cantatis, non obstante exiguo numero Canonicorum, ut pluries declaravit Sac. Congr. Conc. apud Nicol. lucubr. canon. lib. 1. tit. 22. num. 3. & 4. & in Sarnen. servitii ecclesie 17. Junii 1690. in nullius Sancti Laurentii in campo 27. Januarii 1691. Sola enim potestate ordinaria Episcopus hoc præcipere, & statuere nequit; nec minus multis presbyteros simplices non de gremio capituli, si non inseruiant, gravare, ut declaravit ead. Sac. Congr. Concil. in terminis paucitatis 6. numeri mansionariorum in Auximana 19. Aug. 1702. & in Signina 15. Decembris 1703. Nisi adesset contraria consuetudo, ut decrevit ead. Sac. Congr. Concil. in Trojana 20. Septembris 1704. & in Bellocastren. servitii 15. Novembris 1670. & 21. Augusti 1706. Vel nisi ageretur de Clericis pro necessitate & utilitate cathedralis ad titulum patrimonii ordinatis, quæ cum eis in-

debeat, possunt cogi ad inserendum dato illis assignamento competenti pro servitio, ut respondit Sac. Congr. Episcop. & Regul. Archiepiscopo Consentino 5. Aprilis 1593. & Sac. Congr. Conc. in Naxien. 22. Augusti 1631. ut sequitur: "Ad secundum respondit, si hujusmodi Sacerdotes ad servitium ecclesie cathedralis in ipsa ordinum susceptione vigore decreti prædefuncti Archiepiscopi hactenus executioni demandati eidem ecclesie servitium præstare consueverint: Nec enim patrimonium, ad quorum titulum sunt ordinati, una cum redditibus extraordinariis, qui ex ipsa ecclesia percipiuntur, ad honestam ipsorum sustentationem sint sufficientia, posse utique a suo Archiepiscopo compelli ad præstandum servitium, quod ejusdem ecclesie necessitas, & utilitas requirit." Lib. 14. decr. pag. 491.

Et dato quod ob parvum numerum Canonicorum, & deficientiam mansionariorum servitium ecclesie cathedralis detrimentum pateretur, tunc erit recurrendum ad Sacram Congregationem Concilii, quæ solet indulgere, ut possint cogi Presbyteri, qui habent beneficia, vel capellanias in cathedrali, ad inserendum missis sollempnibus pro Diacono, & Subdiacono, assignata illis aliqua emolumentorum portione, prout indulsit Episcopo civitatis plebis sub die 21. Jun. 1631. tribuens eidem sequentem facultatem: "Imminentissimi patres imperitii sunt Episcopo facultatem, ut pro necessario servitio suæ ecclesie cogere possit quolibet die festo duos ex obtinentibus beneficia, seu capellanias in eadem ecclesia, ut dum missa decantatur, duo ex eis per unum inseruiant, alter in officio Diaconi, alter in officio Subdiaconi, & pro eorum stipendio applicanda esse quolibet anno scuta decem monetæ ex multis, & peniis curiæ episcopalis, quæ inter dictos Beneficiatos, & habita ratione servitii præstiti, in fine anni dividi debeant, lib. 4. decr. pag. 459."

De se enim, & sola sua facultate ordinaria nequit Episcopus compellere Clericos Sacerdotes habentes beneficia personalem residentiam non requirunt, & tanto minus Clericos non Beneficiatos, ut ecclesie cathedrali inseruiant, neque pro totis diebus festis, ut declaravit Sac. Congr. Conc. in Americana 15. Jun. 1639. lib. 16. decr. pag. 137. sic rescribendo: "Ab Episcopo non potuisse Sacerdotes, & alios Clericos, nulla vel tantum simplicia beneficia obtinentes, etiam diocesane synodi auctoritate compelli, ut Dominicis, & aliis diebus festis ad ecclesiam cathedralem accederent, & missis majoribus, & aliis divinis officiis intersint, sed si aliquis adesset in ordinatione servitio dictæ ecclesie cathedralis adscriptis, qui locum inconsulto Episcopo desereret, interdicendum erit tantummodo sacrorum exercitium juxta cap. 16. sess. 23. de reform." Et de simplicibus Sacerdotibus, quod non possint compelli ad interessendum, & assistendum functionibus ecclesiasticis in cathedrali, atest resolutio Sac. Congr. Episcop. in una Castri maris 20. Mart. 1692. emanata partibus informantibus ad relationem clar. mem. Cardin. Petrucci, & concordant decreta citata supra num. 5. Clerici, alii Presbyteri non Confessarii, cogi non possunt sed horum ad interessendum conferentis casuum conscientie, ut pluries declaravit Sac. Congr. Conc. & novissime in civitatis plebis 15. Mart. 1692. in qua collatis decretis, quæ ad invicem videbantur pugnare, ad dubium propositum: "An Episcopus possit compellere Canonicos Confessarios, ceterosque Presbyteros cathedralis sub pena pecuniaria, ut accederent ad Congregationem casuum conscientiarum? Responsum fuit: Posse compellere omnes Sacerdotes seculares Confessarios, etiam si Canonicis sint, ceteros autem hortari." Hæc resolutio, quæ cum antiquis decretis relatis à Pignatelli. cons. 18. num. 8. à Panimoll. decr. 1. annor. 18. num. 20. concordat, fuit deinde confirmata à Congregatione particulari deputata in Virgillen. Synodi 20. Maii 1699. in respons. ad 35. decr. & iterum in Congregatione Generali in Ariminensi 18. Jul. ejusd. ann. 1699. & prius in alia Sancti Angeli Bisacciorum.

Episcopus non potest Clericis Beneficiatis addere nova onera in fundatione beneficiorum a fundatoribus non

apposita, aut à sacris canonibus non imposita, v. gr. non potest injungere Clerico beneficiato onus residentie, quod testator, seu fundator non injunxit: nec addere, quod Beneficiatus, seu Capellanus pro tempore per se ipsam missas celebrat, prout respondit Sac. Congr. Concil. in Vierbi. 11. Jun. 1698. & in Asten. 14. Febr. 1699. & Mexicana 16. Maii ejusdem anni 1699. Neque alio modo testatoris voluntatem immutare; eadem supra Sac. Congr. Concil. in Dertihonen. 4. Jun. 1701. Barbos. Sac. Congr. Trident. sess. 25. de reform. cap. 5. n. 7. ubi n. 11. addit, usque de consensu patronorum posse Episcopum nova onera addere Clericis Beneficiatis, & sic decisum fuisse à Sac. Congr. Concilii refert Garzias de benef. part. 7. cap. 1. num. 122. Et ibi Garzias hoc ampliat, etiamsi aliquo tempore ex sua voluntate præstiterint; & tenet Riccius in praxi part. 4. resolut. 468. numer. 2. Fagnan. in cap. conquerente, de Cleric. non residente num. 24. & 25. Et etiam consensus Canonicozum, seu Beneficiorum antecessorum interessisset; Riccius loc. citat. resolut. 493. per tot. Monacell. tom. 3. tit. 2. form. 7. numer. 21. Episcopus non potest à Clericis exigere charitativum subsidium, nisi sit pauper; unde qui habet congruam excedentem taxam Concilii, non potest illud exigere; Sac. Congr. Concil. in Gerunden. 17. Febr. 1663. & Sac. Congr. Episcop. in Policastren. 19. April. 1697. referent. clar. mem. Cardinal. Petrucci. Episcopus non potest exigere charitativum subsidium à Clericis non Beneficiatis; Leoncl. de priv. pauper. part. 2. privil. 50. numer. 29. Barbosa de offic. & potest. Episcoporum. allegat. 87. numer. 48. cum pluribus aliis ab ipso citatis. Episcopus non potest cogere Clericos in minoribus constitutos ad suscipiendos ordines majores sub pena privationis privilegiorum clericalium; Sac. Congr. Immutat. in Casertana 22. August. 1628. lib. Decretal. Paul. pagina 102. in Neocastren. 9. Jun. 1637. lib. 3. Decret. Paul. pag. 34. Clerici seculares transire possunt ad Religionem non petita Episcopi licentia, immo & ipso contradicente, text. expresso in cap. Duæ sunt 2. caus. 19. quest. 2. ibi: Quisquis igitur hoc spiritu ducitur, etiam suo Episcopo contradicente, eam liber nostra auctoritate: in ejus Summario sic præcisè dicitur: Qui Monachorum propositum appetit, etiam invito Episcopo suscipiendus est, Fagnan. cap. Licet 18. de Regular. num. 28.

22. Clerici omnes, immo & laici quantumcumque potentes tenentur Episcopo præstare canonicam obedientiam; cap. Si autem nobis 11. caus. 11. quest. 3. cap. Omnes Principes 4. & cap. Dilecta 12. de majoritat. & obediens. Clerici peregrinari non debent nisi de licentia Episcopi; cap. Non oportet 35. de consecrati dist. 5. cap. Magnæ 7. de voto. Clerici non possunt testimonium judiciale perhibere in foro seculari sine licentia Episcopi; cap. Testimonium 11. quest. 1. cap. Super prudentiam, & cap. Quaquam 14. quest. 2. Bellet. disq. Cleric. part. 1. tit. de Cleric. parte 2. num. 1. Episcopus permittit debet ut Presbyteri pro causis civilibus in foro seculari examinentur, dummodo ex eo aliquo modo criminalitas oriri non possit, & juramentum tribunali Episcopi præstetur; Sac. Congr. Episcop. in Tiferiensi.

24. Apr. 1616. & in Placentina 10. Jul. 1619. Licentia autem, quæ per Episcopum Clericis testimonium ferendi in foro laico conceditur, gratis expedienda est, ut respondit Sac. Congr. Immutat. in Aquil. 5. Maii 1637. ad num. 2. lib. 3. Decret. Paul. pag. 30. Clericus sponte deponens sine licentia coram judice laico, potest ab Episcopo puniri pena arbitraria. Bellet. Disquisit. Cleric. tit. de pen. Clericorum. §. 51. num. 14. Monacell. tom. 1. tit. 6. form. 3. num. 6. Eius tamen depositio valida esset, Bellet. disquisit. Cler. part. 1. tit. de

Cleric. test. §. 6. num. 2. Monacell. loc. cit. & alii. Episcopus in delictis difficilis probationis sibi notis potest extrajudicialiter, & sine processu Clericos, & Presbyteros à divinis suspendere, prout declaravit Sac. Congr. Concil. in Bononiensi. 14. Novembris 1654. in qua cum supplicatum fuisset declarari: "An Ordinarius locorum facultate sibi concessa à Sac. Concil. Trident. sess. 14. cap. 1. de reformat. liceat ob legitimas causas suspendere etiam extrajudicialiter Clericos, & Presbyteros seculares etiam parochos sibi subditos, sublata eis potestate appellandi? Sac. Congregatio Concilii censuit, Ordinarius, ut supra, licere." Quam declarationem, refert Crispin. de visit. Pastor. p. 3. §. 5. n. 5. Episcopus potest de facto abque judiciali monitione excommunicare Clericos, sive laicos, qui se opponunt visitationi, ut pro validitate censurarum respondit Sac. Congr. Concil. in una Vicentina juris visitandi 26. Septembris 1669. 16. Jan. 1700. Et ceteros, qui solita obsequia ei injuriose denegant; ead. Sac. Congr. in Venetiana Interdicti 26. Jan. 1697. Alia vid. verb. Episcopus.

\* Clericus ne ad sacros ultiores ordines ascendat, prohibere potest Episcopus de occulto eorum crimine ex informata tantum conscientia conscius, sicut eo modo suspendere Clericos à divinis, ut à S. Congregatione decisum traditur in tract. de Synodo dioces. lib. 7. cap. 71. §. 3. Quod adeo verum est, ut nullo jure obstringi possit ad causam ejus suspensionis manifestandam. Fas est tamen reo querelas tantummodo suas, non appellationem Sedi Apostolicæ exponere, ut ex respons. S. Congregationis traditur ibid. §. 4. Ex quo fit, ut reus, etsi appellationem interposuerit, si interim ordinem suum solemniter exerceat, continuo irregularitatem incurrat ibid. §. 5.\*

Episcopus vetare non debet Clericis secularibus transitum ad claustra Regularia; ipsi enim licet sanctioris vite statum etiam contradicente Episcopo amplecti, & ingredi Religionem non solum deditam vitæ contemplativæ, sed etiam activæ. Benedic. XIV. tom. 2. const. 25. incip. Ex quo (Comprobatur hæc propositio, & eadem sub n. 21. ex adnotat. lit. E. pag. 287. n. 147.)

Clericus quoad Ordines, vide verb. Ordo, & verb. Clericus art. VIII.

¶ De jure, ut monet Auctor, simplices Presbyteri, qui de redditibus ecclesie non participant, cogi ab Episcopo nequeunt ad nullum ipsi servitium præstandum. Dubitari vero hoc potest, num aliquid novi hac in re statuerit Concilium Romanum tit. 6. cap. 2. Verum recte perpenso hoc Concilii Romani loco, perspicuum est ipsum non de Presbyteris, sed de Clericis, aliisque in sacris constitutis, sed non dum Presbyteris, loqui, ut sensuit Sac. Congr. Concilii interpres in Segnen. Decretorum 22. Novembris 1749. ad dub. 11. Conceptum enim ita erat dubium: "An aliud decretum in visitatione editum, quo præcipitur, ut omnes Presbyteri præter legitime impeditos interesse teneantur missæ sacrificio per unum Canonicum cum expositione SS. Sacramenti in qualibet die Jovis celebrari solito, sub eadem pena sustineatur? Respondit vero dict. S. Congregatio: Negative, & esse hortandos, sed non esse cogendos." ¶

\* Clericorum delictus, & regimen Episcopis summe commendatur; Bened. XIV. tom. 1. const. incip. Ubi primum §. 1. Clerici operam dare debent instrumentis fidelibus in doctrina christianis; idem constit. 41. incip. Etsi minime §. 9. Clericis interdicitur qualibet negotiatio; idem constit. 13. incip. Apostolica; vide supra part. 3. num. 90. ubi adducitur summarie dicta constitutio, & prohibitio sub suis penis.

Clerici in minoribus non servantes præscripta Conc. Trident. non gaudent privilegio fori in causis homicidii; idem

Insuperhabitis, quæ dicto numero inseruntur, & quæ facultas R. Episcopo inhereat, si necessitas Presbyterorum urgeat in ecclesia; jam præmeditatum existit, in casu noluntatis sortitur. (1)

(1) Vid. sup. prox.



- 40 idem constituit. 88. *incip.* Alis §. 2. Atque etiam expleta poena eodem privilegio privati remaneant, & habitum clericalem reassumere nequeunt; idem *ibid.* Utrum prescripta Concilii Trident. servaverint, ab Ordinariis est declarandum, non retardata asservatione personarum; idem *ibid.* Simpliciter vero Tonsurati non beneficiati, etiam servantes prescripta Concilii, privantur privilegio fori post homicidia; idem *ibid.* \* (Vid. *sup.* art. 4. in *add. Auctoris* ex 2. editione.)
- 42 \*\*\* Ex mente ac sententia ecclesie Clericis Tonsuram conferri, ut per eam militie Christi adscribantur, & ita à seculi servitute liberati, Deo fidelem cultum præstent, nemini dubium esse potest.
- 43 Hinc à Tonsura clericali Clerici nuncupantur, & de foro ecclesie constituuntur, atque ita privilegia clericalia adipiscuntur; ut ipsimet Episcopus ordinans ex Pontificali Tonsurandi denuntiat, dicens: "Filii charissimi, animadvertere debetis, quod hodie de foro Ecclesie facti estis, & privilegia clericalia sortiti estis." Pontif. Roman.
- 44 Nihil adeo vocationi clericali oppositum, nihilque ecclesie magis probrosum & laicis scandalosum, quam otiosam esse ac inertem Clericorum vitam.
- 45 Hinc jam pridem sollicita fuit ecclesia, ne quis in Clerum assumeretur, nisi certo loco adscriberetur, ubi functionibus Ordini suo convenientibus occuparetur, & vitam Clerico dignam institueret.
- 46 Quam disciplinam canone VI. Concilii Chalcedonensis probatam, sed temporum injuria pene collapsam, restauratam volens Synodus Tridentina, inhaerendo vestigiis dicti Concilii, statuit; "Ut nullus imposterum ordinetur, qui illi ecclesie, aut pio loco, pro cuius necessitate ad utilitatem assumitur, non adscribatur, ubi suis fungatur muneribus, nec incertis vagetur sedibus." *Sess.* 23. *cap.* 16. *de reform.*
- 47 Ab hac regula non immerito excipiuntur in Universitate aut seminario degentes; hi enim præterquam quod in oratorii collegiorum aut seminariorum functionibus Ordinum obire soleant, etiam studiis aliisque exercitiis se ad altiores Ordines, & majores functiones obeundas ex voto ecclesie præparant.
- 48 Clerici possunt certæ ecclesie adscribi tum ipsa ordinatione, tum per beneficium acceptionem, & canonicam in iis institutionem.
- 49 Semel ac quis alicui ecclesie adscribitur, ita eidem alligatur, ut eam inconsulto Episcopo nunquam deserere possit. Et si quis inconsulto Episcopo eam deseruerit, Synodus Tridentina vult, ut eidem sacrorum exercitium interdicitur.
- 50 Quæ disciplina pristinis ecclesie canonibus conformis, & pluribus Romanorum Pontificum rescriptis confirmata, tali auctoritate donata est, ut juris communis partem hodieum constituat.
- 51 Ita ut nec Episcopis alienos Clericos sine licentia proprii Episcopi suscipere ex canonibus unquam licitum esse possit.
- 52 Quam odiosæ semper fuerint Clericorum de una ad aliam ecclesiam migrationes, quæ vel ex ambitione, vel ex avaritia procedere solent, probat vel ipsa poena à Concilio Chalcedonensi inflicta tam in Episcopum suscipientem, quam in Clericum susceptum, quæ est, ut ille ab exercitio pontificali, iste vero à functionibus Ordinis suspendatur. Quam poenam optandum maxime, ut hodie Clerici illi saltem expendere, qui non alio quam lucri aut proprii commodi vel promotionis intuitu, videtur ecclesie esse adscripsi; ita ut dubium esse non possit quin deserueri eam sint, ubi majus lucrum, vel aliud quidpiam tempore offerretur.
- 53 Ex præallegata disciplina inferitur, quod Clerici ad Ordines promoveri non possint nisi à proprio Episcopo.
- 54 Item quod hujusmodi promotio sive ordinatio peragi non valeat, nisi ad titulum illius ecclesie, cui Clerici sunt adscripsi.
- 55 Et titulum ordinationis acceptum fuisse pro ecclesia, cui Clerici adscriberentur eum in finem, ut ibidem stabiliter functiones Ordini proprias obirent, indubitatum est; ita ut ante seculum XII. cum de titulo or-

dinationis agebatur, nunquam mentio patrimonii, aut proventus, unde Clerici sustentationem accipere possent, ullibi facta fuerit.

Cum itaque patrimonii titulus invaluerit, non amplius titulus ecclesiasticus acceptus fuit pro ecclesia, sed pro proventus, à quibus ipse Clericus honeste vivere possit.

Hinc Synodus Tridentina duos ordinationis titulos agnovit, *beneficentialem* scilicet & *patrimoniam*, cum hac tamen differentia, ut primus *Ordinarius*, alter vero *Extraordinarius* habeatur.

Ex quo concludendum esse videtur, Synodum non voluisse in titulo ordinationis solum attendi, utrum Ordinandum habeat sufficiens vite subsidium; id enim æque ex patrimonio, quam ex beneficio haberi potest; sed insuper ut Clericus alicui ecclesie sui tituli adscriberetur, ubi stabiliter functionibus sui Ordinis incumbere; quemadmodum Patrum disciplina religiose servavit quæ Clericos otiosos & vagantes, nulli speciali ecclesie adscriptos, exclusos ab ordinatione volebat.

Cum autem per ordinationem Clerici Ministri ecclesie efficiantur, æquum est ut ipsi laicorum sint Ministri & Doctores, ea vite integritate viventes, ut quæ verbo alios docent, operibus non plane.

Hinc plurima à Clericis sunt negata, ut sunt inhonestas in habitu, incontinentia, & familiarior cum mulieribus conversatio, ebrietas, comessatio, popinarum frequentatio, ludus alearum, seu à fortuna dependens, venatio, mercatura, & hujusmodi alia, de quibus Auctor noster fere disserit.

Cum de exemptione Clericorum sermo est, non sic eam competere ecclesie intelligendum est, quin supremus Princeps, qui eam benigne indulgit, possit eandem restringere, mutare, ac ejusdem legitimum usum præscribere, ubi commune bonum id exegerit, uti etiam eos non raro fecisse constat. Manet enim semper apud illos summa potestas ordinandi, statuendi, & agendi, quæ ad subditorum & reipublice commodum, secundum Deum judicaverint expedire.

Quo vero ad immunitatem, de qua Auctor noster, si Decretales attendamus, evidens est, Clericos, sive personas ecclesiasticas immunes esse ab exactiōibus ac talliis & oneribus patrimonialibus, quæ personalia dicuntur.

Sed quemadmodum hæc Ecclesie & Clericorum immunitas præsertim ab oneribus temporalibus non ita est accipienda, quasi esset jure divino præcepta & stabilita; ideo ut pro temporum & locorum diversitate variam circa ipsam fuisse & adhuc esse disciplinam constat; ita in hac materia non nisi consuetudo & usus receptus attendenda videntur.

Inter onera mere personalia, sed tamen patrimonialia, est illud quod *Capitatio* dici consuevit, estque vectigal sive tributum, quod pro capite solvitur, puta quod patres familias pro singulis capitibus ærario publico dependere coguntur.

Ab hoc titulo sive onere Clericos esse immunes ex jure scripto evidens est; cum nimis evidens sit hujusmodi oneris impositione ecclesiasticas personas à laicis gravari contra *cap. 7. tit. de immunit. eccles. & cap. 1. de censibus in VI.*

Quoad hanc materiam nihil aliud subjiciendum ducimus, nisi quod optimum & efficacissimum medium conservande immunitatis bonorum ecclesiasticorum erit, si bona ecclesiastica in usus ecclesiasticorum operantium in vinea Domini, ex iis moderate videntur, & alimenta pauperum aliosve pios usus impenderentur. Si enim hunc in usum bona ecclesie impendi viderent Principes, haud dubie non secus ac majores ipsorum ad bona illa ecclesie integra servanda incitari rentur; ubi contra, dum ea in usus profanos contra fundatorum & offerentium intentionem insumi conspiciunt, parum existimant placidum, dum ea in reipublice commoda convertunt; tuncque sæpe locum habet illud vulgatum: *Quod non capit Christus, rapit Fiscus.* (Vid. *add. not. hisp. lit. A. pag. 130. col. v. & recognosce Brev. ibi cit. D. Bened. XIV. ad lit. B. insertum præcipue col. 414. vers. Nos, aunque..*)

CLE-

## CLERUS.

- 1 \*\*\* **CLERUM** omnem, tamquam membrum & partem reipublicæ, Principibus subjeci, expeditum est. *Omnis enim anima* (teste Apostolo ad Rom. 13. vers. 1.) *potestatibus sublimioribus subdita sit.*
- 2 Certum est quod jam pridem in more fuerit, ut non tantum seculares, sed & ecclesiastici Proceres annua dona sive munera Principi offerrent.
- 3 Quod per hæc dona Clerus satisfacere intendere debito suo erga Principes per Apostolum denuntiatio, scribit Hincmarus Remensis Opusculo *De Ordine Palatii.* Verba ejus sunt: "Causa sive defensionis Regi ac reipublicæ vectigalia, quæ nobiscum annua dona vocantur, præstat ecclesia, servans quod jubet Apostolus: *Cui honorem, honorem; cui vectigal, vectigal; præstare Regi ac Defensoribus vestris.*" *Roman. capit. 13.*
- 4 Etiam Patres congregati in Synodo secus Theodanis Villam staturerunt, ut Clerus, & omnes Ecclesiastici, quantum possunt, non tantum spirituali, sed & temporalis subsidio Regi auxilio essent. Verba Synodi sunt: "Unusquisque vir ecclesiasticus & intercessionis adiutorium, & solatii quo reipublica indiget subsidium, juxta quantitatem rerum ecclesie sibi commissæ, salvo jure quod exinde divinis dispensationibus debet impendi, prompte & ex animo parat & impigre, sicut tempore antecessorum vestrorum consueverat, studebit afferre."
- 5 Et sane nunquam ecclesia non probavit, ut etiam ecclesie facultatibus Reipublicæ & Principibus ad defensionem regni, aliasque necessitates liberales & grato animo subsidium feratur.
- 6 Occasione expeditionis Hierosolymitanæ pro recuperatione *Terræ Sanctæ* pro expensis illius expeditionis sustentendis, cepisse à Clero postulari contributionem, apud omnes in concessio est.
- 7 Hæc contributio etiam exigi cæpi ad bellum faciendum contra alios hæreticos. In Concilio enim Bituricensi decretum fuisse legitur: "Clerus cum animi gaudio, de pura liberalitate, ne tanto negotio deesse videretur, dimidiam partem decimæ, non quidem nomine decimæ, sed obentum subsidii persolverunt, aliam partem & etiam majorem, si expedit, si Deus eundem Regem reserasset incolumen, & in eodem negotio persistentem, libenter & liberalitate soluturi."
- 8 Processu temporis adeo frequentes fuerunt hæc decimarum impositiones, ut fere annuæ & ordinariæ fierent; & Reges eas in suum ærarium referre postea non dubitarunt.
- 9 Interim Clerus jam quodammodo assuefactus huic decimarum pensationi, eam in defensionem & conservationem proprii regni & ecclesie annuere non destitit.
- 10 Et hæc contributio titulo defensionis vel tuitionis semel introducta, eam in casu necessitatis à Prælati & Clero Principes passim petere.
- 11 Ut autem progressu temporis Pontifices Romani voluerunt, ut absque expressa Sedis Apostolicæ licentia non liceret in aliquam contributionem consentire; ita interdum impetrata licentia Pontificum, interdum ipso Clero in subsidium ad postulationem Regum consentiente hujusmodi impositionem exactam fuisse multis ostendit Ludovicus Thomasinus *de discip. eccles. p. 4. lib. 3. cap. 24.*
- 12 In annuendis subsidiis ea ratio potissimum tenenda videtur, ut dum necessitates patriæ succurri prætentur, ipse Clerus ac signanter Pastores & animarum Directores suis necessariis non priventur.
- 13 Unde omnino justum est, dum subsidio aut aliqua voluntaria contributione Clerus gravatur, ut ipsa pastoralis competentia omnino servetur exempta.
- 14 Et nullatenus verisimile est, Principes desiderare, ut per subsidia competentia pastoralis minuat, qui tan-

topere solliciti fuerunt, ut sine mora Parochis de competentia provideretur.

## COADJUTORIA, COADJUTOR.

## SUMMARIUM.

- 1 **COADJUTORIA** quid sit, & quotuplex, ad num. 2.
- 2 Cujusmodi sit coadjutoria à Tridentino prohibita, ad num. 5.
- 3 Quæ vero licita, & à quibus concedenda, ad numer. 8.
- 4 Unde coadjutoris nomen & officium, ad num. 10.
- 5 Quot & quibus de causis dari possit coadjutor, ad num. 17.
- 6 Agitur de qualitatibus coadjutoris, ad num. 21.
- 7 Quid commune habeat coadjutor Episcopi cum Administratore & Suffraganeo, ad num. 26.
- 8 Quæ sint coadjutoris jura, honores & onera, ad num. 52.
- 9 In quo differat coadjutor Episcopi à coadjuto quoad extrinsecam dignitatem, ad num. 55.
- 10 Utrum teneatur coadjutor visitare limina Apostolorum, residere, & Pontificalia agere ad nutum coadjuti, ad num. 57.
- 11 Quæ sibi invicem habeant coadjutor & coadjutus, ad num. 63.
- 12 De præcedentia coadjutoris, ad num. 67.
- 13 De præcedentia, jure, ac honoribus Episcopi Suffraganei, ad num. 104.
- 14 Coadjutorem habens in cura animarum an dispensetur à residentia.
- 15 Subnectuntur Additiones ex aliena manu, ad numer. 110.

**COADJUTORIA** est facultas ex causa auctoritate juris, vel iudicis cuiuspiam concessa adjuvandi Prælatum, vel alium Beneficiatum in ecclesie, vel beneficii regimine; *Est in re communis.* Et coadjutoria est duplex; una temporalis, & revocabilis, seu data sine jure succedendi in ecclesia, seu beneficio, per quam Prælate, seu Rectori ecclesie, aut alii Beneficiato propter infirmitatem, aliamve causam impedito ab exercitio sui muneris, datur coadjutor, quamdiu is vivit; *cap. Ex parte sua, & cap. In Consultationibus 6. de Clerico ægrotante.* Alia est perpetua, & irrevocabilis, seu data cum jure succedendi in ecclesia, seu beneficio, per quam coadjutori jus tribuitur, mortuo coadjuto, in ejus ecclesiam, seu beneficium succedendi; hæc ex stylo est adinventia, ut apud Cass. *decis. 2. n. 2. de restit. spoliat. Fagnani in dist. cap. Ex parte sua num. 5.* Cum talis coadjutoria sit sacris canonibus inimica, & odiosa, *cap. Acceptimus 5. de padis, cap. Nulla 2. de concessionibus præbend. cap. Detestanda 2. cap. Ne captanda 3. de concess. præbend. in 6. & expresse prohibita à Concilio Trident. *sess. 25. de reform. cap. 7. vers.* In Coadjutoris, ibi: "In coadjutoris quoque cum futura successione idem posthac observetur, sicut nemini in quibuscumque beneficiis ecclesiasticis permittantur." Unde coadjutoria perpetua cum futura successione, utpote sacris canonibus odiosa, & Patrum decretis contraria, concedi non potest, nisi per Papam, cum ipse solus secundum plenitudinem potestatis de jure possit supra jus dispensare, *cap. Propositus 4. de concessionibus præbend. ibi: Qui secundum plenitudinem potestatis de jure potest supra jus dispensare.* Hinc fit quod talis perpetua coadjutoria cum futura successione, nequeat concedi neque à Cardinali Legato, seu Nuntio. *Gonzal. ad regul. 8. Cane. gloss. 5. §. 9. n. 91. Garzias de benef. part. 4. cap. 5. num. 19. Monet. de distributionibus quotidianis part. 2. quest. 1. num. 33. Paris. de resignat. lib. 6. quest. 5. num. 15. & lib. 7. quest. 20. num. 24.* Coadjutoria autem temporalis sine futura successione in ecclesiis, & beneficiis Episcopatu inferioribus, potest concedi à proprio Prælate. Parochis enim, & aliis Beneficiatis Episcopis inferioribus, qui*